Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

An o[m]nes sunt baptiza[n]di. c. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

Alter ordinarius, vt omnis homo, cuiuſuis ſtatus, ſexus, & conditionis, rationis capax, etiam Iudæus, Paganus & Hæreticus, ſi debita intentione baptizet, nempe ex intentione faciendi quod facit Eccleſia, vel vt baptizandus petit qui tali intentione petit, debet autem qui inferior eſt ſemper cedere ſuperiori, vt fœmina viro, laicus clerico, idque per ſe loquendo.

An omnes ſint baptizandi.

Cap. 21.

A Promulgato Euangelio omnes ad Baptiſmũ ſuſcipiendum tenẽtur ſine quo nemini ſalutis adſtus patere poteſt Ioh. Cap. 3. Pueri tamen infidelium non ſunt inuitis parentibus baptizandi, niſi ipſimet filii id vellent, ſi tamen baptizarentur, teneret Baptiſmus, & vtroque euẽtu eſſent ſubtrahẽdi à cura parentum. In adulto requiritur triplex diſpo

ſitio, propria intentio, fides, & pec-
catorum dolor, intentio ſaltē vir-
tualis, eſt neceſſaria ad veram ſuſ-
ceptionem ſacramēti: fides, & do-
lor ad ſuſceptionē gratię ſacramēti.

De effectibus, & Baptiſmi ſpeciebus. Cap. 22.

QVatuor ſunt Baptiſmi effe-
ctus, *Primus eſt gratiæ in-
fuſio, qua remittūtur pec-
cata. * Secundus eſt Remiſſio to-
tius pœnæ peccatis debitæ. * Ter-
tius character. *Quartus irregulari-
tatis ablatio, pręter Bigamiā. Bap-
tiſmus eſt triplex. Aquę, ſanguinis,
& flaminis. Differunt, quia Ba-
ptiſmus aquæ imprimit characte-
rem, non autem alii duo. Baptiſ-
mus aquæ, & ſanguinis, totam
delent pœnam peccatis debitam,
nō autē illud flaminis, qui quidem
adultorum eſt duntaxat, fluminis